

aliqua pars aggregati primarum cuius quadratum ad mediam quantitatem siue ad primam siue ad tertiam certam habeat proportionem, si eademmet pars sumatur ex aggregato secundarum quantitatum, & quadretur, talem habebit proportionem ad secundam illarum quantitatum, vel primam, vel tertiam correspondentem qualis est proportio prima multiplicata in proportionem aggregati secundarum ad aggregatum primarum.

Exemplum sint 1. 2. 4. in proportione dupla; item, 3. 6. 12. in eadem proportio- & capiamus  $\frac{1}{2}$  aggregati primarum quod

Primæ,	1.	2.	4.
Primarum aggregatum	7.		
Septima pars aggregati	$1 \frac{1}{2}$ quad.		
Secundæ,	3.	6.	12.
Secundarum aggregatum,	21.		
Septima pars aggregati	$3 \frac{1}{2}$ quad.		
Proportio prima	$\frac{1}{2}$	Proportio secunda	$\frac{2}{6}$
Triplata	$\frac{3}{2}$	vt	$\frac{2}{6}$

est 7. & est 1. per exemplum & quadremus ipsum fit 1. & hoc est medietas secundæ quantitatis & æquale primæ & quarta pars tertiæ hoc modo  $\frac{1}{2} \frac{1}{2} \frac{1}{4}$  dico quod si 21. aggregatum secundarum sit triplum de 7. aggregato primarum quod assumpta eadem parte de 21. quæ est 3. & quadrata, & fit 9. quod ipsa erit in proportione ad dictas partes, quæ fuerunt 3. 6. 12. in qua esset multiplicando 3. proventum diuisionis 21. per 7. in numeratorem dictarum proportionum, & erunt  $\frac{3}{2} \frac{3}{2} \frac{3}{4}$ .

Nona proprietas, Si fuerint tres aut quatuor, aut quotlibet numeri siue continue proportionales siue non, aliæque totidem

2.	5.	10.	13.	30.
~~~~~				
	50.	~~~~~		900.
		18.		
6.	15.	30.	39.	90.
~~~~~				
	450.	~~~~~		8100.
		18.		

in eadem proportione qualis proportio quadrati aggregati primorum ad quadratum primi aut secundi aut tertij aut quarti si sint plures tribus aut ad multiplicationem primi in secundum, vel tertium vel quartum, vel secundi in tertium aut quartum, & ita in infinitum talis erit proportio quadrati aggregati duorum ad quadratum vel multiplicationem correspondentium in suo ordine.

CAPVT XVII.

De proprietatibus insequentibus maiori- tatem proportionis partium binomio- rum quadratorum cubatorum & re- ductorum ad censum census.

PRIMA consideratio est generalis ser- uians rebus comparatis aut censibus, aut cubis, aut censibus censuum, aut relatis & ita in infinitum dico quod in primo & quarto binomio & suis recisis semper est maior proportio  $R_2$  producti ad  $R_2$  re- quam numeri producti ad numerum rei  
Exemplum, si res sit 3.  $p. R_2$  2. erit censu-

Res,	3.	$p. R_2$	2.
Census,	11.	$p. R_2$	72.
Cubus,	45.	$p. R_2$	1682.
Cen. ce.	193.	$p. R_2$	8712.

11.  $p. R_2$  72. & cubus 45.  $p. R_2$  1682. & ce. ce. 193.  $p. R_2$  8712. Proportio igitur  $R_2$  72. ad  $R_2$  2. est maior quam 11. ad 3. & proportio  $R_2$  1682. ad  $R_2$  2. est maior quam 45. ad 3. & proportio  $R_2$  8712. ad  $R_2$  2. est maior quam 193. ad 3. cuius demonstratio patet ex regulis quas posui- mus, de productione censuum & cuborum & reliquarum denominationum. Et est re- gula generalis quod proportio ex latere maiore minor est, & ex minore maior, sed 3. est maior quam  $R_2$  2. quia in primo & quarto binomio & recisis supponitur maior pars numerus, & minor  $R_2$ . Igitur propor- tio  $R_2$  ad  $R_2$  est maior quam numeri ad nu- merum.

Et ex hoc patet, quod in secundo & quinto binomiis & recisis erit e conuerso videlicet maior proportio numeri producti ad numerum rei quam  $R_2$  producti ad  $R_2$  rei. Veluti capio rem quæ sit  $R_2$  5.  $m.$  2. & est recisum quintum, eius census est 9.  $m.$   $R_2$  80. & cubus est  $R_2$  1445.  $m.$  38. & ce. ce. est 161.  $m.$   $R_2$  25920. & proportio 9. ad 2. est maior quam  $R_2$  80. ad  $R_2$  5. & pro-

Res,	$R_2$ 5.	$m.$ 2.
Census,	9.	$m. R_2$ 80.
Cubus,	$R_2$ 1445.	$m.$ 38.
Ce. ce.	161.	$m. R_2$ 25920.

portio 38. ad 2. est maior quam  $R_2$  1445. ad  $R_2$  5. & proportio 161. ad 2. est maior quam  $R_2$  25920. ad  $R_2$  5. & ita in his quæ pertinent ad rem & sua producta regula est generalis, quod proportio est maior ex parte minore, & minor ex maiore, ideo si in binomio vel reciso, quod est res, sit nume- rus maior pars tunc proportio radicem est maior, & si maior pars est  $R_2$  tunc propor- tio numerorum est maior.

Et hæc eadem regula seruit comparando 2 censum ad censum census, quoniam in primo & quarto binomio & recisis suis maior est